



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Mariae Virginis Sacratiss. Miracvlorvm Libri Tres

Vismara, Ercole

Mediolani, 1579

Mirac. Virg. XIX. Virginum coenobij praefecta, Virgine fauente, se turpißimi dedecoris suspicione exsoluit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64305)

MIRAC. VIRG. XIX.

Virginum coenobij praefecta, Virgine fauente, se turpissimi dedecoris suspicione exsoluit.

VEstalium praefecta sibi commissas Virgines tam sanctè regebat, easdem ad Dei cultum strictè obseruandum cogens, ut earum omnium acerbum odium sibi iam parasset. Fortè Satana impullore, à ministro compressa, grauida facta est. Ac, licèt lapsa esset, adhuc tamè in illa uigilantia pergebat, qua uestaleis solebat exercere, ut religiosè Deo inferuissent; & eam ob rem ipsas sibi etiam longè inimicissimas effecerat. illae tandem praefectam grauidam esse è multis signis perspexere; eamq. apud episcopum probri ream egerunt. Ipsa episcopum illuc aduenturum sciens in priuatum sacellum secessit, in quo saepè sola Deum, & Virginem precari solebat. Ibi lacrymas effundens, Virginem obsecrauit, ut placata, & propitiata sibi praesidio esset. Post longam precationem dormiens, mortalium tutricem latè colucentem, & Angelis comitatam uidit. Per eã à Deo peccati uenia, & pax impetrata est; quae etiam futurū promisit, ut breui eius infamiae nota ablueretur. Quod re ipsa euenit. Virgo. n. Angelis iussit, ut subleuata praefectae aluo, infantè eremitae illic proximo alendum mandarent, usq. ad septennium; eam deinde acriùs monuit, ut postea te fortiùs contra Satanae impetus muniret, futurum dicens, ut post breueis aerumnas, felix consequeretur eius rei exitus. Adueniens

niens episcopus, grauitè à se reprehensam reã è con-
spectu suo abire iussit: quae omnia aequo animo fe-
rens, lubenter ab obstetricib. se inspici passa est, ut pe-
riculum fieret, & exploraretur, an id, de quo accusa-
batur, uerũ esset. Illae aluo minimè ingrauescente re-
perta ad episcopum, rem falsam esse retulerunt; qui
ad eius pedes se abijciens, ueniã orauit, illuc à se om-
neis quae ipsam eo crimine insimularant, continuo
abire iubens. At ipsa sub recõditae cõfessionis sacra-
mento, rem, uti euenerat, fideliter episcopo narrauit;
cui ille piè, & sanctè pacem dans, ad eremitam, pios
sacerdotes misit, qui filium perquirerent. Illo reper-
to, testatus est eremita, ad se noctu eum allatũ fuisse,
sibiq. Virginis uerbis à duob. iuuenib. fuisse commẽ-
datum. Ea res maximam pio Antisti admirationem
adtulit; & infantem usq. ad septennium sancto eremi-
tae nutriẽdum reliquit; qui, ubi ad maturiorem aeta-
tem peruenit, & uitae sanctitate, & sciẽtia dignus ui-
sus est omnib., qui in episcopatu succederet.

MIRAC. VIRG. XX.

*Mirabiliter Virgo dignitatem sanctimonialis conseruat,
quae fugerat è coenobio, eamq. ad illud renocat.*

Batrix, Virgo Deo consecrata, corporis forma
excellenti praedita, quae se Virgini colendae
penitus dederat, tunc demum capiebat so-
lidam animi laetitiam, cum secretò secedere poterat,
ut alijs curis soluta Deum precaretur, eiusq. pacem
imploraret. Facta aeditua & custos, saepius secedẽs

R ardentiori